

quo deponitur, ex quo tale factum non est verisimile, & si spectum tenetur allegare causam aliquam ipsius facti, quod intellige, ut patebit in sequentibus. Et concludit hic D. Ant. aliqua verba, si quaeritur an testis ardeat ad causam exprimentandam, distinguitur, quia aut non interrogatur de causa, & non ardeat ad exprimendam causam aliquam, sed sufficit quod respondeat, & simpliciter deponat dictum suum, quod non debet esse verbosus, facit quod non supra de refer. ca. si quando, & infra de test. c. cum causam. Nam hoc procedit, quando testis deponit super eo, quod percipi potest immediate per sensum corporeum, secus si deponat super eo quod percipitur iudicio rationis, puta si deponit quod Titius sit dominus talis rei. ^a Nam dominium consistit in iure, & in intellectu, & non percipitur immediate per sensum corporeum, sed per iudicium rationis, puta si vidit ipsum Titium illam rem emere, & tanto tempore possedisse, quod prescripsit, & ideo non probaret, licet deponeret Titium esse dominum, nisi etiam interrogatus assignaret causam, quia dicit quod presens fuit, quando emit, & vidit eum tanto tempore possidere, postea cum privato titulo, & bona fide, & quod prescripsit, & idem in similibus, de quibus per Inno. in c. cum causam. & quando deponeret quem esse ebrisum, quia illud percipitur iudicio intellectus & rationis, ut tangit Inno. in preal. c. Idem etiam si dicat quod Titius est in famatus ^b apud bonos, & graues, quia iudicare quem bonum & grauem videtur percipi ex iudicio rationis, & intellectus, & iudicare non spectat ad testem, & ideo deberet exprimere illos, apud quos est infamatus, & sic iudex de illis posset iudicare, facit quod non. Inno. in c. cum oportet, infra de accu. Et ad predicta facit quod non per Bar. in l. solam, C. de testi. & l. de minore, §. tormenta, ff. de quaestio. ^c Quandoque vero testis interrogatur de causa, & tunc aut interrogatur de causa scientiae, & tunc tenetur illam exprimere, alias non valet eius dictum, ut non in d. cum causam, & d. c. si quando, de refer. Aut interrogatur de causa facti, super quo deponit, & tunc aut factum, prout qualitate deducitur, non concluditur verisimiliter absque aliqua causa extrinseca, & tunc oportet, quod aliquam causam exprimat, ut si deponat quod Titius sponte renunciauit beneficio, nam illud verisimiliter non concludit nisi aliquam causam allegaret, per quam fuerit inductus ad sponte renunciandum, ut hic in tex. isto colligitur. Et sic videtur velle D. Ant. quod si testis hoc casu interrogatus de causa ipsius facti nullam causam exprimat, quod non probat, sed an hoc dictum, indistincte procedat, patebit ex sequentibus. Quandoque vero deducitur factum simpliciter, puta quod talis renunciauit, non addito, sponte, tunc aut contra factum est praesumptio, vel suspicio, si non appareat alia causa, ut contingit in facto renunciacionis, & tunc etiam potest & debet iudex interrogare, de circumstantiis, & sic de causis ipsius facti, & per consequens testis debet respondere per tex. istum, & sic videtur velle D. Ant. quod etiam hoc casu, si testis interrogatus de causa facti non exprimat aliquam causam, quod non probet, quod an procedat patebit ex sequentibus. Si autem factum non est suspectum, nec contra illud praesumitur, tunc sufficit quod reddat causam scientiae, licet non reddat causam facti a se relati, infra de re iud. c. sicut & haec dicit esse vilia & nota. ^d Sed aduerte, quia praedictis videtur obviare, quia non videtur quod testis debeat interrogari super negatiua, videlicet quod non vi vel metu renunciauit, cuius contrarium innuit litera ista. Sed ad hoc respondet Ioan. And. quod in practica articulus non formabitur negatiue, sed affirmatiue hoc modo. Item quod sponte renunciauit, & interrogabitur testis super causa renunciacionis, quare hoc fecerit. & dicit hic Io. And. si interrogatus, an vi, vel metu renunciauerit, & testis respondeat, quod non, probat, sed D. Anto. dicit hic, quod istud dictum non videtur contra dictum testis, ex quo causam aliquam non exprimat. Sed D. Anto. soluit dictum Io. And. dicens quod potest procedere, quando testis aliter non interrogatur de causa ipsius facti, nam dictum testis probabit illud quod asserit, scilicet renunciacionem spontaneam factam esse, & quod non vi, neque metu, & per talem probationem tollitur talis praesumptio, quia praesumptio, succumbit probationi, siue possidetis, C. de prob. & sic licet sit praesumptio, contra allegantem & asserentem renunciacionem, cum talis praesumptio tollatur per probationem, credendum erit testem habuisse notitiam talis causae, ex qua sciuerit id quod asserit, ex quo aliter non interrogatur. Et per praedicta dicit D. Ant. quod putat sufficere si testes interrogati quo-

modo sciunt, quod sponte renunciauerit, dicit quod sciunt ex eo, quia non sunt consci alius causae, propter quam poterunt comprehendere, quod ille sponte non renunciauit, quia licet testes hoc nescierunt, tamen potuit aliqua causa fuisse re vera, propter quam non sponte renunciauit, & sic ex toto non concluditur praesumptio per talem probationem talium testium sic negatiue deponentium: quia non videtur clare probare, facit quod non, per gl. supra de e. ec. bone, il. 1. & c. cum dilectus. ^e Quae autem causae possunt dici sufficientes exprimendae per testem, tenendo, quod teneatur exprimere, dicit hic D. Ant. quod debent esse renunciacionis, ut si testis, dicat, quod audiuit quod ideo renunciauit, quia non stabat bene sanus in loco ipsius beneficii, vel si dicat, quod audiuit, quia in praesentia sui & aliorum renunciauit coram pretore, seu iudice, in quo plene redditur iustitia, & sic non est verisimile quod interueniat metus, ^f vel violentia, facit quod habetur in l. non est verisimile, ff. quod met. cau. & infra de praesump. c. quia verisimile. Sed aduerte, quia licet sic transpraesat D. Ant. tamen videtur quod si testis dicat, quod talis sponte renunciauit, & interrogatus quomodo scit, dicat quod praesens, fuit quando renunciauit, & non vidit aliquem metum vel violentiam inferri, & sic non est conscius alicuius violentiae, vel metus; videtur quod talis testis probet, alio non apparente, per ea quae habentur, in l. fin. §. sane, C. de his qui ad eccle. confu. & §. si vero absunt, in Auth. de here. & fal. & hoc etiam videtur tenere Io. And. Et pro hoc etiam videtur, quod si testis dicit quod talis sponte renunciauit, & interrogatur de causa ipsius renunciacionis, quod si testis dicat nescio, quia de causa renunciauit, hoc tamen scio, & praesens fui, quod simpliciter renunciauit, & non vidit aliquem metum, vel violentiam inferri, quod talis testis probet, nam probabilis est ignorantia in ipsa causa facti, cum sit super ipso facto alieno, per id quod habetur in l. si. ff. pro suo. & quod non in c. ab excommunicato. supra de refer. & ideo videtur quod non debeat ardeat testis ad exprimendum talem causam quam probabiliter potest ignorare, sed sufficere debet quod deponat super facto, & assignet causam scientiae per sensum corporeum, per ea quae habentur in c. cum causam, in f. de testi. nec ob. iste text. quia licet hic dicat requirendam esse causam a teste, non tamen dicit, quod si non exprimat, quod testis non probet, licet sit vile & non sit superuacua inquirere, quia poterit esse quod testis habeat notitiam ipsius causae, ut dixi, etiam hoc

ADDITIONES.

a Talis rei. Adde Alex. consil. 118. j. ab. & 116. l. 3.

b Est infamatus. Adde Ale. consil. 3. j. lib.

c Negatiua. Adde quomodo testis possit probare negatiua, Alex. consil. 136. j. l. 1. & consil. 24. 2. l. 1.

d C. de probationem negatiua, dicitur quod negatiua regulariter est improbabilis, l. 1. & tab ea parte, si de prob. & ideo dicebat Host. in c. bonae, de ele. & Bal. in l. si quidem, C. de exc. quod aduocat non debent ponere negatiua, ne videatur ad illam probandam restringere, per l. de azae, ff. de m. vnde dicebat, Inno. in c. veniens, & in c. ex parte, de ver. sig. quod negatiua in probabili non facit rem dubiam, quod etiam no. Bal. & Doct. in l. j. C. de proc. est tamen verum, quod negatiua coarctata loco & tempore potest probari etiam per viuum, per Bar. in l. j. C. de cano. fr. v. Ro. lib. 1. l. 1. & in l. in illa, & in l. h. c. m. ff. de ver. obl. & in l. j. C. de fec. tab. per Ang. in Auth. de here. & Falc. §. hinc, quibus in h. & Bar. in l. heredes palam, in princ. si de testam. & per Bal. plene in l. a. & b. C. de prob. ubi dicit, quod testis inducitur ad probandum negatiua, coarctata, ita demum probat si dicit testis, sui praesens in tali loco, & videtur quod non potest fieri nisi qui vidisset, ut per Alex. in l. j. in 7. col. ff. si cert. pet. in consil. suo 42. l. 4. parte, & per gl. in l. j. ff. de m. actaque priu. & adde quod testis inducitur ad probandum negatiua, debent reddere rationem dicti iuramenti non probant, imo sunt suspecti de falso secundum Ang. & Ale. in l. in §. docere, ff. de cons. cum qui, & ideo testis deponens de negatiua non coarctata dicitur temerarie asserere, idem de quo opponit, & dicitur esse in lata culpa, & si constaret, de dolo, posset puniri de falso, ut per Ale. post Pau. de Cañ. l. j. in prin. si quod quidque i. & de variis modis probandi negatiua, vide plane per Bar. & Bal. in d. actor, C. de prob. & in l. Pantonus, §. j. post glo. ff. de a. qui. ha. & per Lanfr. Ori. in repr. c. quoniam contra, de prob. & per eundem in d. l. ab ea parte, ff. eo. Ant. Fran.

e Metus. Adde, qualiter probetur metus, Alex. consil. 47. 4. lib.

f Adde Bal. in trac. scilicet, a. u. m. ponit in rub. C. si quis alii, testi, p. obi. cop. 13. eundem in §. Item sacramenta, q. 3. de pace, ut. in v. lib. i. & Bar. in l. de pupillo, §. si quis ipsi, de ope. no. nunc. Zac.

g Ad hoc de probatione metus adde quod Bar. in d. de pupillo, hic all. in §. si quis ipsi, dicit quod probatur eo ipso quod iudex carceratur appellare est, vel aliam intulit iniuriam, vel minas considerata persona, & etiam probatur ex inimicitia, & aliis iudiciis praecedentibus, ut no. Inno. in c. bona, de ele. & no. Doc. & ibi per d. Car. in cle. pastoralis, de re iud. & in cle. j. de for. comp. & ideo dicebat Inno. in ca. accedens, d. conuict. conu. quod non praesumitur metus in vxore contra hunc cum viro, nisi probetur minae, vel verba praecedentia, quod etiam voluit Barto. in l. ad iniuriam, C. quod met. causa, & in l. j. §. quae operandae, ff. quae rer. ac. non do. de quo etiam vide plene per Ale. in l. h. qui docem, in §. co. autem tempore, ff. sol. mar. Ant. Fran.